

facit ad rem, quod non fiat deterior conditio debitis dotem; nam ex hoc non excusat usura, alioquin liceret sub usuris mutuare debitori, ut forte sedderet foeneratori, quod nullus concedet.

87 Praefatæ resolutionis veritas apertissimo exemplari magis elucefset. Ponamus, Petrum creditorem, qui ex conventione jus ad exigendum interessit habebat, cum sibi imminaret periculum damni emergentis, nomen vendidisse, cedentem emptori omne jus sibi competens: hic quidem, nisi alias sua interfuerit, ad interesse agere non poterit, quanquam primus creditor, nisi nomen distraheret, ad illud proculdubio actionem haberet. Simili modo etsi maritus, non vendito nomine, non cogeretur fructus in somum computare, quia sine pecunia dotali sustinet onera matrimonii, emptori non licebit tale lucrum percipere, nisi ratione lucri cessantis, damni emergentis, difficultatis, aut expensarum in exigenda forte aliquid supra illam percipere fas esset, secundum tradita per Molin. *ubi proxime*.

88 Ex quibus deducitur, quod si maritus nomen dotis vendat, pignore retento, fructus ex illo lucrari nequibet, extincta ratione Pontificie constitutions, videlicet carens pecunia dotalis, quæ pro oneribus matrimonii debet inservire: nec jam marito solutio dotis prodest, aut nocet retardatio.

Ibi: *Quod Fortunius Garcias Hispanus.*

89 Hæc Fortunii distinctio inter sacerorum, & extraneum dotis promissorem, communiter ab Interpretibus negligitur; immo à pluribus expressum reprobatur. Vide *sup. num. 38. & 39.* tametsi D. Covarruv. non displicuerit, ut prænotavimus.

Ad Num. 4.

90 Dominus qui in pignus à vassallo debitore rem. feudalem accepit, fructus in somum computare non cogitur: quod probant notissima Pontificis decreta, sed in investiganda ratione mirum in modum hallucinantur. Interpretes, ut videre licet apud Barbos. *collect. cap. 1. num. 2. de feud.* & *verior*, ac receptor opinio videtur, hoc ex natura contractus provenire feudalium, ut cum dominus feudum pignoris causa tenet, vassalus ab onere inserviendi liberetur, cui ceſſanti in obsequiis praestans, ac officio, jure auferunt beneficium fructuum, quod ob illud conceditur, *cap. unic. de vassall. mil. qui arm. bell. depositum*. Rursum cum dominus non fruatur operis, & servitio vassalli, æquum est, ut fructus lucretur, non ratione mutui, sed justa compensationis, ex quo nullum adeſt usuræ vestigium. Consulat Barbo. *ubi proxime* Leotard. *de usur. quæst. 14. à princip.* Cujac. *in d. cap. 1. de feud.* Salas *tract. de usur. dubitat. 31. num. 1. Mantic. de tacit. convent. lib. 11. tit. 8. num. 30.* Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. resolut. 2. num. 9. Morl. Empor. Jur. tit. 5. de in integr. restit. quæst. 1. num. 34. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dubit. 14. num. 2. Molin. de just. & jur. tract. 2. dispe. 323. n. 1. Gait. de credit. c. 4. n. 1019. adnotavi *sup. lib. 1. cap. 3. n. 6.* præter plures, quos congerit Barbo. *n. 2. à quibus*, D. Covar. laudato*

singulariter diffentit Merlin. *de pignor. lib. 5. q. 45. n. 35.* ubi caput *Conquestus*, de usur. interpretatur.

Illud maxime controvertitur, an dominus fructus quotquot perceperit ex feudo pignorato, suos faciat? Sunt qui cum D. Covar. sentiant, dominum teneri ad fructuum restitucionem, quatenus excesserint restitucionem obsequiorum, quibus caret. Ita Valaf. *de jur. emphyt. q. 38. n. 25.* & alii apud Leotard. *num. 4.* Ipse tamen cum plerisque, quos laudat *num. 5.* oppositam sententiam ut magis communitum amplexatur, cui subscribunt Trullench. *num. 5. Card. Mantic. ubi proxime*, Card. Lugo *de just. & jur. dispe. 25. num. 147.* ac prænotavi *ubi proxime*, quibus addendi quamplures indistinctè docentes, feudi dominum fructus pignoris in somum non imputare. Ratio hujus opinionis ea reddi potest, quod cum fructus feudi tribuantur vassallo in remunerationem onerum, tanti haec æstimantur, quantum valent illi.

Hinc deducitur limitatio ad opinionem, quam ut veriorem nuper probavimus; nam si in feudi concessione pretium aliquod intercessit (licet raro contingat, & propriè feudum non dicatur, quod debet esse gratuitum, *cap. 1. de nat. feud. cap. 1. qui feud. dar. poss.* Greg. Lop. *in d. l. 1. gloss. 2. tit. 26. part. 4.* Morl. *sup. num. 36.* Marescot. *var. lib. 2. cap. 63. num. 5.*) dominus creditor omnes fructus retinere nequibet, sed illos solum qui ob servitum vassallo deberentur, imputatis in somum iis, quos pro pecunia exhibita in concessione feudi vassallus possit percipere boni viri arbitrio; feudatarius enim partem fructuum percipiebat intuitu laboris & obsequi, partem ratione pecuniae quam domino numeravit; ideò duntaxat quia cestat in officio privari debet portione quam ob illud sibi comparabat. Leotard. ex pluribus *num. 20.* Trullench. *num. 3.* Molin. *num. 1.* ubi subdit idem fore, si feudum propter præterita merita in remunerationem concederetur. Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 20. n. 140.*

Subsequitur alia similis limitatio, si vassallus meliorationes feudo adjecerit, quibus illud ubiores fructus fuerit; nam dominus creditor eos fructus auctos industria, & sumptibus feudatarii imputabit in somum, sibi perceptis iis quos res feudalis melioramenti ablatis produceret. Leotard. Trullench. Molin. *ubi proxime*, Barbos. *num. 2. vers. Limita tamem.*

Tertia est limitatio de feudo franco, quod si pignori detur, dominus omnes fructus tenetur in somum computare. Barbo. *num. 3.* Est autem illud, ex quo nullum domino debetur obsequium, sed sola fidelitas. Tondut. *qq. civilium cap. 41. n. 24. & 25.*

Alia est limitatio, si in fraudem usurarum dominus rem feudalem pignori accepit, quod ex conjecturis deprehendere oportebit. Leotard. *num. 25.*

Ibi: *Si vero excedant onera matrimonii.*

De his *sup. num. 41. cum seqq.*

Vers. *Hinc sane appetat.*

Istam Hostiensis rationem refutat Leotard. *d. 95 quæst. 14. num. 10. Morl. sup. num. 34. versic.* Quorum communior, qui eam communem errorem vocat. Nec pignoris datio translationem dominii

domini utilis potest operari, cum ut illud subsistat necesse sit, quod aliis sit dominus, ita ut si aliquo titulo dominum utile quereretur domino directi, statim jus pignoris extingueretur; nam in re propria persistere nequit, *l. Si rem 29. de pignor. action. l. Neque pignus 45. de reg. jur.*

Vers. *Rursus ex his.*

97 Aliqui afferunt, speciali favore Ecclesiæ, ad quam directum dominium pertinebat, procedere decisionem dicti capituli *1. de feud.* ut refert Barbosa *ibi*, *numer. 2.* quod refellunt cum D. Covarr. Trullench. *sup. numer. 2.* Leotard. *d. q. 14. num. 19.* Molin. *ubi sup. n. 2.*

Vers. *Eodem jure convincitur.*

98 Usufructarius si rem pignori dederit domino proprietatis, hunc fructus non teneri in somum computare, fuit quorundam opinio, ut Trentacinq. *variar. lib. 3. tit. de pignor. resolut. 2. numer. 11.* & aliorum, quos refert Barbosa *collect. d. cap. 1. numer. 2. vers. Amplia secundò*, qui, D. Covarr. laudato, eam sententiam merito rejecit: accedit Merlin. *de pignor. lib. 5. q. 45. n. 32.*

Vers. *Sic examinari poterit.*

99 Ampliant communiter Scribentes constitutum dicti capituli *1. de feud.* ad emphyteutam, qui domino directo emphyteus pignori dedit. In qua opinione resident Molin. Trentacinq. Trullench. *ubi proxime*, Valaf. *de jur. emphyteut. q. 38. numer. 29.* & alii apud Leotardu. *d. q. numer. 23.* à qua non esse recedendum, quia validè communis, asseverat Barbosa *sup. numer. 2. vers. Amplia primò*, qui de jure contrarium tenet cum D. Covarruv. hic, Idem defendant Merlin. *ubi proxime*, Roderic. *de ann. reddit. lib. 3. q. 7. numer. 50.* Mantic. *de tacit. convent. lib. 11. tit. 8. numer. 32.* Conrad. Chaffan. Ugolin. ac Philiarc. apud Leotardum, qui recte probat; non enim eadem ratio reperitur in emphyteuta, ac in feudatario, cum ille non teneatur, sicut hic, obsequia domino exhibere, sed pensionem duntaxat, quam si non solverit, dominus creditor poterit retinere fructus usque ad quantitatem concurrentem, reliquos in somum computans.

Ad Num. 5.

100 Foeneris usum vetitum, ac illicitum nullus Catholicus inficiabitur; nam qui aliud contumax assererit, reus herefœos habebitur. Clem. *unic. §. fin. de usur.* Leotard. *de usur. quæst. 2. numer. 39.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 19. dubit. 2. num. 3.* Azeved. *in l. 1. num. 47. tit. 6. lib. 8. Recop. D. Covar. infra. hoc cap. n. 6.*

101 Constat igitur usuram prohiberi jure divino, naturali & canonico, ut fuse probant Leotard. *ex numer. 25.* Molin. *sup. dispe. 304. per tor.* Azeved. *numer. 60. cum seqq.* Barbosa ex plurimis in *collect. cap. 1. numer. 2. de usur.* Trullench. *numer. 4. Jul. Clar. §. Ussura, num. 3.* Petr. Greg. *Syntagma lib. 22. cap. 3. à num. 6.* Cenc. *de censib. decis. 155. num. 6.* Morl. *sup. tit. de reb. credit. quæst. 25. ex num. 11.* Theat. *sup. tit. de reb. credit. quæst. 25. ex num. 11.* Theat. *vitæ hum. verb. Ussura, Farin. decis. 306. num. 2.* Greg. Lop. *in l. 3. gloss. 2. tit. 1. p. 5.*

Ad proximè laudatos, præsertim Molin. Barbos. Petr. Gregor. Leotard. & Azeved. Et quidem usuras utroque Testamento improbatas decidit lex *1. tit. 6. lib. 8. Recopilat.* ac sentiunt Azeved, *numer. 71.* Cujac. *in cap. Ad nostram, de jurejur.* Trullench. & Barbosa *ubi proximè*, Molin. *numer. 13. vers.* Et novo Testamento, Petr. Greg. *numer. 10.* Cenc. *sup. q. 36. numer. 3.* Nec sunt audiendi qui opinantur verba illa, *Mutuum date nihil inde sperantes*, Lucas *cap. 6.* confilium duntaxat importat; & enim cum jure naturæ usura vetetur, potius referri debent ad preceptum, quād ad confilium, cuius omisso ad peccatum non imputatur. Mutuum igitur dare, confilii est; nihil ex eo sperare, precepti. Barbosa *ubi proximè*.

Vers. *Quod vero.*

Jure Pontificio usuras damnari in dubium revocari non potest, quod observant Gregor. Lop. *ubi proximè*, Faber. *in ration. ad l. Julianus §. Idem Papinianus de act. empt.* Fachin. *controvers. lib. 10. cap. 7. vers.* Primum argumentum, Leotard. latè exornatus *d. quæst. 2. num. 38. 39.* Petr. Gerg. *numer. 11.* & alii recenti *sup. num. 101.* & quos congeri Barbosa *ubi suprà.*

Ad Num. 6.

Quod ad Jus Civile Romanorum attinet, compertum est usuras non prorsus improbari, sed cum moderamine fuisse permittas. Quæstionis tamen est, an jure Authenticorum per Justinianum fuerint extirpare? De quo Leotard. *de usur. q. 2. à numer. 40.* Mart. *de jurisdict. part. 2. cap. 7. num. 4. 5.* Perr. Greg. *d. cap. 3. numer. 17. cum seqq.* Molin. *sup. numer. 16.* Fab. & Cenc. *ubi proximè*, præter alios, quorum memini *numer. 101.* Usuræ quas intra certum modum Romani tolerarunt, vocabantur legitimæ, in quibus ingens fuit diversitas secundum negotiorum, & personarum differentiam, ut videat est apud Molin. ac Petr. Greg. *ubi sup. Leotard. q. 4. à num. 38.*

Jure regio Partitarum foeneris usum interdictum scribit Gregor. Lopez. *in l. 3. gloss. 2. tit. 2. p. 5.* ac Judeis permisus probatur *l. 22. tit. 12. partit. ead. lib. 1. tit. 6. lib. 8. Recop.* quā penitus etiam Judeis facultas foenerandi justissime auferatur, prout in regnis pluribus, & provinciis similiter stabilitum habetur, ut refertur Petr. Greg. & Leotard.

Ad Num. 7.

Ex hoc sacro eloquio *Deuteronom. cap. 23.* videtur *Hebreis* facultas foenerandi exterioris infidelibus tributa, ibi: *Non foeneraberis fratru tuo, sed alieno.* De cuius interpretatione confundunt Molin. *de just. & jur. tract. 2. dispe. 304. num. 18.* Azeved. *in l. 1. num. 69. tit. 6. lib. 8. Recop.* Villalob. *in Sum. part. 2. tract. 22. diffic. 2.* Leotard. *de usur. q. 98. num. 25.* Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 4.* Barbosa in *collect. cap. Post misericordem, de usur.* Bonancin. *dispe. 3. de contract. q. 3. punit. 2.* Petr. Greg. *sup. num. 22.* Dici posset, quod Deus, ut juris divini, & *naturalis* author dispensans, permisit Hebreis foeneris usum in infideles, ad majus malum vitandum dum

dum, ne scilicet per usuras fratrum fidelium substantiam usurpare ex effrenata illorum avaritia, ac fœnerandi propensione: quemadmodum propter eorumdem cordis duritiam licuit repudium, violata naturali indissolubilitate vinculi matrimonii, *Matth. cap. 19.* de quo *Sanch. de Matrim. lib. 10. diff. 1. ex n. 4. Petr. Greg. n. 20.*

108 Deinde cūm Deus sit omnium supremus, ac universus Dominus, *Psalmo 23. Domini est terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & universi qui habitant in eo;* tale ius tribuere potuit Israëlitis in infidelium bonis, ut per usuras illa licite sibi quærerent, sicut concessum est ipsis & terram promissionis, ejectis possessoribus occupare, *Gens. capit. 15.* & *Egyptios in exitu spoliare Exodus capit. 12.* Utrum Iudei fœnerantes infidelibus tunc peccarent, deduces ex traditis per Sanchez *sup.*

Ibi: *Nam et si mibi liceat bellum.*

109 Supponitur bellum justum geri, & queritur an liceat hostibus sub usuris mutuare? Inficiatur cum D. Covarruv. communis, quam sustinet Ugo-lin de *usur. lib. 10. §. 2. numer. 1.* Villalob. *Exar. comm. opin. lit. V. numer. 107.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 5. numer. 17.* Petr. Greg. *partit. Jur. Canon. lib. 3. tit. 5. numer. 5.* Oppositum tenet, ac pluribus probat Leotard. *d. q. 98. numer. 16. cum seqq.* Petr. Greg. *sup. numer. 22.* Pro conciliatione distingui potest, ut si hostes usurpati retineant, liceat in compensationem usuras ab illis exigere, alias non: qua distinctione utitur aliud agens Barbosa *collectan. cap. Post miserabilem, numer. 2. de usur.*

Ad Num. 8.

110 Summus Pontifex nequit dispensare, ut fœnum licitum habeatur, & absque peccato possit exerceri, *Cenc. de censib. decif. 155. numer. 5.* Azeved. in *l. 1. numer. 48. tit. 6. lib. 8.* Recop. Farinac. *decif. 7. numer. 2.* Sayr. in *Clavi Regia, lib. 3. cap. 10. numer. 8.* Didac. Per. in *rubic. tit. 2. gloss. 1. vers. Tertiò, libr. 8.* Ordin. Molin. *de just. & jur. tract. 2. diff. 304. numer. 19.* Non enim Pontificia potest facultas dispensandi contra jus divinum permittitur Molin. *ubi proximè, & observo Præticar. cap. 31. numer. 15.* Obstat videtur (si verum habet) quod refert Greg. Lopez. in *l. 22. gloss. 1. tit. 12. p. 5.* nempe in Hispania quondam ex concessione Pontificis fœnoris usum Iudeis permisum fuisse (sed hoc quod forum externum dumtaxat fœnineri posset,) ut prenotatur *sup. numer. 105.* Vide Jul. Clar. *verb. Usura, numer. 7.*

Ibi: *Idem respondendum esse censeo*

111 Non valet statutum, aut consuetudo exercitum fœnerandi licitum efficere. Azeved. *sup. numer. 51.* Cenc. *d. decif. 155. numer. 3.* Farinac. *decif. 306. numer. 1.* Barbosa ex pluribus *collect. cap. Quia in omnibus, numer. 7. de usur.* Leotard. cum aliis *tract. de usur. q. 97. à numer. 3.* ubi de statuto, & *q. 99. numer. 4.* qui ait consuetudine fœneratores à pœnis excusari: atque *numer. 5.* addit, quod ubi ambigitur, an contractus sit usurarius, ex consuetudine licitus haberi poterit; sed si aperte usuram contineat, que jure divino prohibetur, nec lex, nec consuetudo illi derogare valebit, *cap. ult. de confuct. ubi Barbosa collect. numer. 9.*

Ibi: *Possit Romani Pontificis privilegio.*

Hæc propositio sufficienda non est ex præmis-*sis sup. numer. 110.* Nam Iudeis sicut Christianis u-fœnerandi veratur, ut cœvetur *l. 1. tit. 6. lib. 8.* Recop. ubi Azeved. *numer. 66.* Leotard. *q. 100. numer. 32.* Greg. Lopez. in *l. 22. gloss. 1. tit. 12. p. 5.* Petr. Greg. *Hyagn. lib. 22. cap. 3. numer. 23.* Molin & Jul. Clar. *ubi proximè.* Barbosa cum aliis *collect. cap. Post miserabilem, numer. 2. de usur.* Ipsius vero Hebrei falso opinantur, sibi licite in nos usuras exercere, juxta illa Deuteronomii *cap. 23. verba, Non fœneraberis fratri tuo, sed alieno,* ut advertit Leotardus; nam illa legalis permissione jam expravit, sicut & cetera judicialia per legem Gratiae abrogata noscuntur, de quo *supr. lib. 1. cap. 17. n. 8.*

Unde non licet Principibus permittere, ut Iudei *fœnum* exerceant. Molin, Azeved. & Jul. Clar. *ibid. sup.* eos tamen à peccato excusat Molina, si aliquando in eventu raro, ob majus malum, ac scandalum usurarios non coercent, & tolerent: inò Ecclesia Hebreos fœneratores, eti foris sint, plectre potest, ac debet. Clar. *ibidem.* Petr. Greg. *sup. lib. 42. cap. 8. numer. 15.*

Ad Num. 9.

Est præmittendum, usuram nedum in contrahibus, sed etiam in ultimis voluntatibus intervenire posse, nec sufficeri defunctorum dispositiones, quibus ad fœnerandum occasio præbeatur, cum nemo possit facere, quin leges, maximè naturalis, locum habeant in suo testamento, *l. nemo 58. de legat. 1.* notant Leotard. *de usur. q. 18. numer. 1.* Azeved. in *l. 1. numer. 53. tit. 6. lib. 8.* Recop. Roderic. *de ann. reddit. lib. 3. quest. 7. in fin. Joann. Grivell. decif. 149. numer. 4.* Cald. *de empt. & vend. q. 29. n. 32.* Avendan. *de exequend. mandat. part. 2. cap. 29. numer. 9.*

De intellectu legis 3. §. ultim. de ann. legat. ac *censib. cap. 3. à numer. 6.* ac plene Leotard. *d. q. 18. per tot. ubi decem distinctus casus,* quos prætermis aliquibus difficultate parentibus expendimus. Sed antea constitui debet cum D. Covarruv. regula universalis, ac communis; aut enim legatarius exigere valet quantitatē legatam, & tunc non tenet ius testatoris de praestando annuo redditu donec illa persolvatur, quia mutuum tacitum, & usura latet: aut agere impedit adversus hæredem pro forte relicta, & talis dispositio observabitur, exclusa usuraram laba. Ita Fachi-n. *controvers. lib. 6. cap. 72.* Sim. de Prætis. *de interp. ultim. volunt. lib. 2. interpr. 2. dub. 2. numer. 133.* Roderic. *sup. q. 6. numer. 8.* Peregrin. *de Fideicom. artic. II. numer. 28.* Felician. *de censib. lib. 2. cap. 5. numer. 1.* Cenc. *eod. tract. q. 44. numer. 10.* ubi plures Leotard. *d. quest. 18. numer. 7. 8. Avendan. de censib. cap. 3. numer. 8. 9.* Cancer. *variar. part. 2. cap. 7. numer. 36. cum seqq.* Joann. Paul. Meli. *de alim. cap. 48. n. 11. & 12.*

Hinc in primis ille casus venit decidendum, qui est tertius apud Leotardum, cum scilicet testator legat mille pure, jubens ut donec persolvatur quantitas, haeres in singulos annos pro centenis sex legatario pendat: quæ species proponitur ab Ulpiano in *d. fin.* Et licet eo jure dispositio fœnineretur intra legitimū modum, nam sic usuram permittebantur; hodie tamen cū nulla fint

Varias Resolut. Lib. III. Cap. I.

15

sint licite, legatarius nihil ultra sortem ex dilatatione solutionis poterit percipere, quia agens relictam quantitatē extorquere in judicio non prohibetur. Ita post D. Covarruv. *buc.* Peregrin. *sup. numer. 78.* Caldas *d. cap. 29. numer. 33.* Roderic. *numer. 16.* Meli *sup. numer. 11.* ubi plures, Cancer. *ubi proximè.* Leotard. *numer. 7. cum seqq.* ubi hanc sententiam contra adversarios tuerit, quam limitat *numer. 14.* si legatarius ex mora hæredis incommodum fœnerat lucri cœstantis, vel damni emergentis, quod etiam docet D. Covarruv. *vers. Quod si legatarius.* Accedit Fachi-n. *sup. vers. Postremo cum legatarius.* Plot. *de in lit. jurand. §. 11. numer. 28. 29.* Quod accipe usque ad concurrentem quantitatem.

117 Quartum adjungit casum Leotardus, si quis legat quingenta ad tempus praestanda eo gravamine, ut pecunia non soluta, ex die præfinita haeres quadraginta annuatim exhibeat legatario pœna nomine. Et quamvis non levis sit controversia, idem ac in præcedenti questione propter rationis paritatem resolvit D. Covarruv. *in præsenti,* cui accidunt Leotard. cum aliis *numer. 17.* Cald. *numer. 32.* Quia resolutio ut præcedens limitatur quod interesse lucri cœstantis, aut damni emergentis.

118 Quintus expenditur à Leotardo casus de legato alternativo certæ quantitatē semel solvende, aut annua pensionis, quod procul dubio subsistet, cum legatarius agere nequeat præcisus ad formam. D. Covarruv. *infra vers.* Eadem *profecto ratione.* Leotard. cum pluribus *numer. 18.* Meli *numer. 13.* Cancer. *sup. numer. 33.* Avendan. *de censib. cap. 3. a. n. 6.*

119 Sextus subiungitur, quando parens pro legitima mille reliquias gravat hæredem, ut dum non solverit, annum præstet filio quantitatē: quæ dispositio non sufficitur, cum hic valeat summa principalem statim exigere, nisi aut in hæreditate paterna res frugiferæ existant; nam loco fructuum, qui illi ex legitima debentur, jure redditum percipiet: aut si ex dilatatione solutionis dampnum filius patiatur; nam quantum sua interficit, poterit in pensionibus annuis capere. Leotard. *n. 19. 20.* Merlin. *de legitim. decif. 29. n. 3.*

120 Occurrit septimus, quoties testator jubet dari Titio mille post biennium, & quod interim octoginta, vel centum pro singulis annis legatario solvantur: hic nullum uturæ periculum adest cum Titius ante tempus agere non valeat, nec testator prohibeat legare centum pro unoquoque anno, & postea mille, transacto biennio. Leotard. *d. q. 18. ex numer. 23.* Cald. *de empt. cap. 29. numer. 6.* Sefle *decif. 68. numer. 46.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 3. q. 6. numer. 27.* Felician. *sup. lib. 2. cap. 5. numer. 6.* Surd. *de alim. tit. 8. c. 29. numer. 6.* Meli. *cum multis numer. 12.* Sed si ultra biennium exactio differatur, legatario non licebit assignatam excipere pensionem, nisi ratione iusti interesse. Farinac. *decif. 447. part. 1.*

121 Subsequitur octavus, si testator certam legaverit quantitatē ad tempus quo haeres volterit, cum onere ut interim redditum legatario in annos singulos tribuat, defuncti voluntas observabitur ab liqueficiaria laba, quia legatarius petere summam relictam non valebat. Felician. *sup. numer. 3.* Leotard. *numer. 23.* Grivell. *d. decif. 149. numer. 10.* Cald. *ubi proximè.* Roderic. *numer. 6.* Menchac. *de success. creat. lib. 1. §. 9. numer. 24.* consentit D. Covarruv. *vers. Eadem profecto.*

122 Nonus constituitur, ubi relinquuntur certa quantitas in bonis hæreditariis tradenda; ita ut

dum non traditur, annua pensio solvatur, quæ licet percipietur loco fructuum, quos res legatae ferrent. Leotard. cum aliis *numer. 32. 33.* ubi limitat si pensio respectu fructuum sit excessiva, quæ restricō dubia redditur ex eo, quod legatum itid, eti quantitatē sonet, verè non legatus pecunia, sed bona, in quibus mutuum confistere nequit, & consequenter nec usura, ex dictis *supr. numer. 25.* quod ipse Leotardus agnoscat inquit, *Saltem pensio injusta esset.* Verum nec injustitiam repetiri arbitror; nam testator pro libito de bonis suis disponens, potest gravare hæredem, ut alii tribuat quicquid ipse susserit; unde eti res profic-sus forent iterles, in quibus quantitas legata solvi deberet, possit velut in pœnam constringere hæredem, in traditione morā commisā, ut annuam sumnam legatario præstaret, quam ex voluntate defuncti pro parentia rerum hæreditariarum, quibus potitur haeres, absque usurā, & injustitiae vitio legatarius accipiet.

Decimus, & ultimus adjicitur casus, quoties legatur certa quantitas, ut per hæredem utiliter expensa in emptione census, fundi, vel alterius rei frugiferæ, fructus legatarius lucretur, ea clausula, ut donec res comparentur, haeres annuatim pendas ad rationem quinque, vel sex pro centenio, quod nullo jure illicitum censebitur. Grati-an. *disceptation. cap. 400. numer. 38.* Pacific. *de Salvian. inspect. 5. cap. 4. numer. 387.* Leotard. *d. q. 18. numer. 34.* Scaccia. *de commerc. §. 7. gloss. 2. numer. 55.* Merlin. *de legit. decif. 29. numer. 1.* Meli. *sup. numer. 16.*

Vers. *Quod si legatarius.*

Docemur hic quod sèpè repetitum relinquitur; nam quoties legatarius ob moram hæredis suffinet detrimentum damni emergentis, aut lucri cœstantis, indistinctè poterit annum quantitatē à testatore assignatam, quatenus correspondeat iusto interesse, percipere: nec refert an possit exigere, necne legatam pecuniam legatarius, de quo *supr. numer. 116. 117. & 119.*

Vers. *Sed ubi legatarius.*

En pars posterior distinctionis traditæ *sup. numer. 115.* & exempla habes *numer. 118. 120. 121.* Cum legatario licet percipere redditum annum ex voluntate testatoris, quoties nequeat relictam quantitatē in judicio exigere, in dubium potest revocari, an idem juris sit si legatarius omnem adhibuerit sollicitudinem, sua actione deducta, nec jus suum consequi poterit ob judicis iniquitatem, aduersarii potentiam, aliamve rationem? Videtur affirmative respondendum, cum hoc casu cœset, sicut in illo, suspicio usurarum ex mutuo tacito; quandoquidem legatarius non ultrò penes hæredem pecuniam legatam relinquit, in quo usuraria pravitas constat, & latet, ut notat Leotard. *numer. 24.* cui suffragatur resolutio communis de vidua exigente, quæ extat *sup. numer. 64.*

Vers. *Eadem profecto ratione.*

Hæc species proponitur à Consulto in *l. 3. §. ult. 126.* de ann. legat. ut ibi obseruavit Cujacius, de qua supra actum, *numer. 121.*

Ex prænotatis definiti potest, quid si feminæ duo millia testamento quis reliquerit pro dote, ut Religio-